

PICTA
MATRIMONII TYPVS.



CORPORE sit duplicitis formæ Hermaphroditus in uno.
Vnâque sit facies fœminæ, & vna viri.
Oscula dein, gemino velut ore reciproca dentur:
Quæ blando alterna sunt in amore vices.
Hinc vtrunq; Sophos carnem vnam dicat: at inde
(Dum pugn.int:) Satyrus rideat esse duos.
Carne quòd esse duos cornutus Hebreus in vna
Iussit: hoc corpus denotat Androgynon.
At quòd non deceant diuisosiurgia sponsos:
Id Satyrus μῶρος qui reprehendat: adeſt.
Casibus aduersis solatia virinque ferendis,
Sintq; decussatim brachia iuncta cruce.
Sic vt dactylon dexiro super ubere læua,
Corq; sinistro habeat dextra manus latere,
Ille fidem sponsam, viuacem hoc signat amorem.
Vna ut conueniant hinc amor, inde fides.